



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

X. De lapsis ignoranter ordinatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

dogmata. Hoc est, & bigamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos & tempus constitutum est, & dies definitus: & sequatur in omnibus quæ placuerunt catholicæ ecclesiæ episcopo vel presbytero. Vbicumque autem omnes siue in castellis, siue in ciuitatibus, ipsi inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, sint in eodem habitu. Quotquot autem, vbi catholicæ ecclesiæ episcopus vel presbyter extat, accedunt; manifestum est, quod episcopus ecclesiæ habebit dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus, presbyterii honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo, honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit, prouidebit ei locum, aut chorepiscopatus, aut presbyterii, vt in clero omnino esse videatur, quatenus non in ciuitate duo sint episcopi.

IX.

Dist. 81.
Si quis sine
examina-
tione.

Si qui sine examinatione promoti sunt episcopi, aut presbyteri, vel cum discutiuntur, confessi sunt quæ peccauerunt, vel si ab aliis conuincantur, & confitentibus, contra Canonem homines commoti, manus eis imposuerint, tales Canon non suscipit, sed abiicit. Hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

X.

Dist. 81.
Quicum-
que ex his.

Quicumque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam, aut simulationem ordinantium, hoc non præiudicat Canoni ecclesiastico: cogniti etenim deponuntur.